Fragmentarium

Expositio super prologum Galeatum

Viginti et duas litteras
esse apud Hebreos in isto prologo
versatur intencio beati
Jeronimi circa quinque.
Primo intendit oste-
dere numerum librorum veteris testamenti
et hoc duplicat scilicet per litteras et figuras
Per litteras enim hebraici alphabeti et
figuras veteris testamenti ostendit xxii
libros esse per collacionem numeri et hoc facit
in principio istius prologi sed secundum figuram
introductam .d. apoc. computantur xxiiii
libri videlicet ultra medium prologi
Ordo cathalogus librorum ponit et in
legem et in prophetas et apocrypha dis-
tinguit ibi primus apud eos etc. Secundo
ostendit huius prologi utilitatem ibi ut
scriamus librorum canonis et apocryphorum
distinctionem ibi hic prologus scripturarum etc.
Tertio sermone apostrophat ad lectorem
et facit tria Primo rogat ne ipsius inter-
pretacione putat dicendo quod septuaginta inter-
pretes reprehendere intendat ibi que cum ita
se habeat etc. Deinde monet ut istius operis
lector attendat ibi lege ergo primum etc. ad
ultimum copulat ei ut cum aliis conferat ibi
certe si incredulus es etc. Quinto rogat
Paulam eustochium ut contra detractores eum
protegant clipeis oracionum quod non vult verbis conten-
dere cum ipsis ibi sed et vos famulas christi etc.
Viginti et duas litteras Et ut evidencius
sit quod dicitur in littera notandum quod dicit ysidorus ethymologiarum i libro
latine et greece ab hebreis videntur exor-
te apud illos primo dicta est aleph dein-
de consili enunciacione apud grecos tractum
est alpha inde apud latinos a. Sed he-
brei xxii elementis litterarum secundum veteris tes-
tamenti libros utuntur greci xxiiii latini au-
tem utraque lingwarum pergredientes xxiii ele-
menta

Et hoc est quod sequitur Certum est esdram
scribam legisque doctorem post captam Jero-

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 1462, Cod1462_Farbkeil – Graduale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-r2lb/2770/31568)